

Iuminosior resultat oratio , & intellectus
serum expeditior , ignota sectantes spre-
uit irrisitque & castigauit. In suis hunc
morem insaniam vocans , ea loqui vel
scribere, quæ admirationis plusquam in-
telligentiæ allatura sint animis audien-
tium. Inhaeserat siquidem, ut arbitror pa-
terno præcepto , quod proximè cum de
Iul. Cæsare loquerer inscrui.

ASINIVS POLLIO.

ASinius Pollio prætermittendus non
videtur , quem ut appareat cuiusque
iudicio, fore medium inter duos eloquē-
tissimos Latinorum M. Tullium & T. Li-
uium, Seneca constituit. Ita non spernen-
dus auctor , neminem de præmissis sex,
præter Tullium enumerans , tres vult e-
loquentiæ Principes, quos in Epistola
quadam videtur omnibus præferre , se-
cundum faciens Pollionem cuius ora-
tionem Ciceronianæ dissimilem , & ut
verbis eius utar salebrosam & exilientem
dicit, & ubi minimè expectes autem reli-
eturam. Huius & si nulla eloquentiæ mo-
menta in manus meas adhuc venerint,
quia tamen ipsum per se nomen celebre
ac perulgatum erat: non fuit mihi de e-
loquentia scribenti, silentio obruendum,
præscr.